



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 21. Bremensium & Magdeburgensium responsa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI. solvant, ratis manentibus bonorum publica-  
A. C. 1550. tionibus Cæsarea auctoritate factis, ne tur-  
bentur horum bonorum possessores.

## §. XXI.

*Bremenium, & Magdeburgensium  
responsa.*

**M**ense Octobri ad exitum vergente u-  
triusque urbis cives responsum di-  
vulgabant, in quo submissionem spon-  
debant, additis hisce conditionibus, ac  
primo quidem Bremenses hæc prescri-  
pfere: *Nos facis summe studiosi semper fui-  
mus, atque omnia egimus, ut Cæsarem  
placatum habere possemus: in eadem volun-  
tate perseveramus, & quamvis duræ admo-  
dum dicantur leges, ut tamen ostendamus,  
quanti Cæsar is auctoritatem & amicitiam  
faciamus, non recusamus mittere Legatos,*  
*& si quidem religio nobis integra, & liber-  
tas maneat, nihil non erimus facturi, quo  
Cæsari omni ex parte satisiat.*

Idem ferme respondebant Magde-  
burgenses, qui tamen infuper gravem de  
injuriis sibi factis, & bello nuper sine  
Cæsar is mandato a Megalopolensi Duce  
ob id tantum, quod puriorem Evangelii  
doctrinam colerent, illato querelam ad-  
mixtam habebant: petebant igitur, ut  
eorum ratio haberetur, & copiæ, quæ  
nunc denuo ad urbem hostiliter vene-  
rant,

rant, recederent; Præterea inquietabant: „petimus, ut Legatis nostris publicæ securitatis literæ tradantur, eo fine, ut hi, comperta Sacrae Cæsareæ Majestatis suæ voluntate, desuper nobis integra fide referre valeant; hæc enim si nobis benigne concedentur, speramus, Cæfari per nostram a-gendi rationem satisfactum iri. „

Sæcul. XVI.  
A. C. 1550.

### §. XXII.

#### *Pœna in Magdeburgenses decreta.*

Postquam utrumque hoc responsum in *Thu. Es* comitiis erat recitatum, Cæsar, qui *Steid l.c.* cum Bremenibus mitius eo ex capi-  
*Spond. hoc anno n. 6.* te agendum dicebat, quod nondum proscripti essent, & æquioribus se conditionibus oblatis submitterent, eorum expectandos legatos pronuntiat, non eandem tamen erga Magdeburgenses æquanimitatem exhibuit; cum hi jam obfessi essent, & secus, quam res haberet, inique, & contemptim respondisse viderentur: itaque petit a Principibus, & Imperii Ordinibus, ut quid in illos statuendum sit, nulla mora interjecta deliberare pergent: insuper cum Ecclesiasticus hujus urbis Ordo sumptus in illud bellum conferre promisisset, simulque, ut in cives tanquam perduelles severissime animadverteretur, in comitiis

L 2

nuper